

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Timor ag
cum fonte primo

Quemadmodum aues inanis
funde sonus territat, ita nos non ad
ictum tantum excitamur, sed ad
crepitum;

inter suspecta male uiuitur.

Quemadmodum aves etiam inanis
fundae sonus territat, ita nos non ad
ictum tantum exagitamur sed ad
crepitum.

Non potest ergo quisquam beatus esse
qui huic se opinioni credidit. Non enim
beatum est nisi quod intrepidum;
inter suspecta male vivitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 74, 5 (L. Reynolds ed., vol.1, p.225, ll.14-18).

Infirmitus animus antequam
malis opprimatur quatitur; presumit illa
et ante tempus cadit. Quid autem
demencius quam angi futuris nec se
tormento reseruare sed accersire sibi
miserias et admouere?
quas differre oportunum est, si discutere
non possit, cito
neminem futuro debere torqueri.

Seneca LXXV. epistola.

Quemadmodum in corporibus infirmis
languorem signa praecurrunt – quaedam
enim segnitia enervis est et sine labore
ullo lassitudo et oscitatio et horror
membra percurrens – sic
infirmitus animus multo ante quam
opprimatur malis quatitur; praesumit illa
et ante tempus cadit. Quid autem
dementius quam angi futuris nec se
tormento reservare, sed arcessere sibi
miserias et admovere?
quas optimum est differre, si discutere
non possis. Vis scire
futuro neminem debere torqueri?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 74, 33 (L. Reynolds ed., vol.1, p.232, ll.9-17).